

carpenterii barolitani cives coram nicolao Manco regali baroli Iudice et testibus subnotatis ad hoc specialiter vocatis et Rogatis stante mecum dompno Francisco pro advocato eodem Iudice In tota huius scripti continentia verbo et absolutione eiusdem patris nostri ibidem presentis et mandantis etiam tibi dopne sabine f. quondam Iohannis de priore uxori Simeonis de quintalucia nostre concivi voluntarie vendidimus et per fustem tradidimus unam domum nostram quam habuimus in civitate baroli videlicet In pictagio sancte Marie et Inter hos fines videlicet iuxta domum bartholomei salpitani Ex qua venditione accepimus a te uncias auri quatuor et mediam bonorum tarenorum Sicilie totum videlicet pretium venditionis ipsius quatinus a presenti tu et tui heredes dictam domum habeatis possideatis et dominemini cum Introytibus et exitibus suis et omnibus sibi Iure pertinentibus et Inde quod volueritis faciatis. Guadium quoque tibi dedimus posito defensore dicto patre nostro pro medietate mea predicti dompni Francisci ut nos et nostri heredes Memoratam domum nobis ab omnibus hominibus libere defendamus pro qua etiam defensione petracca unam vineam meam et mediam quam habeo In cluso Santi Iermani iuxta vineam Iacobi petri Strambi iuxta vineam Monasterii santi samuelis et iuxta vineam leociri putatoris et ego predictus dompnus Franciscus omnibus bona nostra tam mobilia quam stabilia que habemus ubicumque obligavi etc. Quod scripsi ego Guillelmus de comito puplico baroli notario qui predictis Interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Nicolaus Mancus q. s. Baroli Iudex.

† Maroldus de Maurabina testatur.

† Ego Petrus Cantor barolitanus Testor

† Angelus de Archipresbitero testatur.